



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Corbinianvs Ep. 8. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

nis aditus ad ergastula martyrum jam negabatur, positis capillis, ut viro femina animos adderet, virum induit, cumque membris truncandi jam Christi milites essent, id scilicet à carnifice multis precibus blanditiisque exoravit, ut primas conjux teneret, ab hoc vero, ut sponte manus securi subiceret. Ipsa dexteram ADRIANI legens thesauri loco (& erat) asservavit. Nec multò post cum ADRIANVS ad cælitum gaudia Nataliam etiam invitasset, conjugi suo conjunxerunt & aeternum juncta est. Quamvis quid conjuges dico, quando in utroque virum agnovimus? Ex *Surio*.

Qua collatio tui est ad ineffabilem, ad incomparabilem, ad incomprehensibilem Deum? nihil ei ad mensuram meriti retribuere potes, si in retribuit ionorum, qua pro te sustinuit, te milles mille annis gehennali incendio cruciaret. S. Bern. op de char. c. 27

S. CORBINIANVS EP. 8. Septembris.

CORBINIANVM fugientem è Galliâ honor Romæ assecutus in totius orbis oculis infulâ mactatum in patriam remisit. Iterum Romam dum fugit, ursum, qui elitellarium equum interceptum absumpserat, vicariam sibi operam jubet addicere, & cum equo equi etiam sarcinas ferre. Reduci per Baviarum Grimoaldus Dux hospitium offert. At negat ille impudicitie stabulû & hospitium sibi fore, pelleret, quam uxoris loco haberet, Pilitrudem, fratris nuper conjugem. Advolant, ecce, uterque, & infames nuptias ejurant. Subinde CORBINIANVS ad epulum vocatur. Adest, benè precatur, affidet. Sed dum Grimoaldus buccam tani objectat (audire qui canes plures quam pauperes alitis) eversa mensâ è diætâ se proripit, de-
T 4 testatus

restatus epulas, quibus quidem Præsul dixisse
benè, sed canes accubuissent: se deinceps cum ho-
minibus cœnaturum. Non multò post in Strigone
offendit, audit incantationibus Pilitrudis filio-
lutem attulisse, invicem ingentia munera abstu-
lisse. Enimverò jubet omnia in prædam egenis ce-
dere, debitaque superstitioni stipendia probra & pla-
gas numerat; mox paratas capiti à Pilitrude indi-
cias effugit, sed non perinde etiam hæc cæli iras.
Nam primò filium, mox etiam maritum vitâ videt
exturbari. Ipsam longum funus vivumque, capti-
vam, Galli abducunt; exulem dein in Italiam afel-
lus asportat. At CORBINIANI tumulum suis ce-
lum funalibus ornavit, Frisinga pro Asylo habet.
Ex tom. 1. Annal. Boio.

*Debemus animo præmeditari, quod aliquando fu-
turi sumus, quod, velimus nolimus, abesse longius
non potest: nam si nongentos vitæ excederemus an-
nos, tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse
desisset. S. Hieron. ep. 3.*

S. BONFILIVS ORD. SERV. B. M. V.

8. Septembris.

Quid Roma pileum, quid secundum liberta-
tem vindicias crepas? ego iterum illos laudo,
qui pulchram servitutem sub Mariæ nomine cir-
cumferunt. Tu felicissima servitutis cunabula
audi. Fuit jam olim nobilis inter cives Florenti-
nos Societas VIRGINI sacra. Hi dum ex more fe-
stum cælo translata diem agunt, BONFILIVS pars
magna & ipse horum, quini que alij faces subdi-
pectori senserunt, quibus, ut se totos VIRGINI
manciparent, inflammabantur. Nec mora, vitam
opesque veteres cum veste ponunt, & novus ipso
Nate